



K. 4. 135.

1) Terminus, Gotofredus

not 21 - 18)



EPITHALAMIA DVO:  
 HONORIS CAUSA  
 SCRIPTA, PRIMVM, REVE-  
 RENDO ET DOCTO VIRO DO-  
 MINO ADAMO HOPPIO, ECCLESIAE  
 Francostenensis Diacono: Et Pudicissimae  
 virgini VRSVLÆ, filiae prudentissimi  
 viri D. Martini Tileri beatæ memo-  
 riæ, Senatoris quondam Reipublicæ  
 Francostenensis: K f. 130

ALTERVM,  
 D. IOACHIMO PRAETORI,  
 CANTORI FRANCOSTENENSI,  
 ET SPONSÆ EIVS RO-  
 sine Dæneuiciae.

AVTORE  
 IOHANNE CLAIO LV,  
 DIMAGISTRO FRANCOSTENI.

Anno Christi, M, D, LXIX.





EPITHALAMIUM  
SCRIPTVM NVPTIIS REVE-  
RENDI AC DOCTI VIRI D. ADAMI  
Hoppij, Francofenensis Diaconi, &  
Vrsulæ Tileræ,

L Vx, nisi fallor, erat vigesima quarta Nouembris,  
Cum properant gemini sub mea tecta viri.  
Quid veniant, miror, quid eos inuisere ludum  
Cogat, et in mentem mox ea causa venit:  
Quòd puerum vellent mihi commendare docendum:  
Sed puer hîc nullus, qui sequeretur, erat.  
Interea accedunt, dictaq; salute modestè  
Alter, vti liceat dicere pauca, rogat.  
Annuo, quidq; velint tacitè delibero mecum,  
Nec mora, composito sic ait ille sono.  
Doctus, in hac verbi pius vrbe minister Adamus  
Vincula coniugij casta subire parat:  
Et rogat, vt tædæ digneris adesse iugali,  
Quam post hunc quinto vult celebrare die.  
Dixit: et hoc illi lingua dextraq; recepi,  
Cunctaq; quæ Sponso grata futura sciam.  
His ita dimissis mirabar postea mecum,  
Cur esset tædis illa dicata dies.  
Inspicio fastos, et frigora magna futura  
Inuenio, vacuo vix toleranda thoro.  
Prouidus ergo sibi benè consulit Hoppius antè,  
Et thalami sociam tempora ad illa parat.

Nam



Nam sapiens Solomon in eodem corpora lecto  
Bina cubare simul tutius esse putat  
Tempore at hyberno quisquis sine compare dormit,  
Sentiet in viduo frigore dura thoro.  
Iudice me verò coniunx ducenda fuisset,  
Cum canis æstiuo tempore siccet agros  
Tunc quia non propter frigus, sed propter amorem  
Conueniunt, vnà cum cubuere duo.  
Nunc erit incertum, duo si iungantur, an illos  
Frigora compulerint, an sociarit amor.  
Nos tamen hos nimio iungi credemus amore,  
Vtq; sit hoc verum faxit in axe DEVS.  
Ad quod sponsa tuas affer castissima partes,  
Affer ad id partes tu quoq; sponse tuas.  
Mens et amor vobis par sit, tu dilige sponsam  
Sponse tuam, sponsum dilige sponsa tuum.  
At tu sponse velis infirmæ parcere sponsæ,  
Vt quoq; te Dominum possit amare suum.  
Conniuere scias, cum vas sit debile coniunx,  
Sis memor hanc costam corporis esse tui.  
Tu quoq; sponsa tuo parère memento marito,  
Atq; illum dominum noueris esse tuum.  
Et metuens et amans sis numinis atq; mariti,  
Fac placitura Deo, fac quoq; grata viro.  
Hanc normam serues: vt ameris, amabilis esto:  
Si facis hoc, coniunx te redamare sciet.  
Hoc etiam reputa, quòd non indignus amore  
Sit sponsus, studijs pectora culta gerens.

A ij

Sit



Sit licet imberbis, tamen est præstantior arte,  
Quàm quibus hirsutas contigit esse genas.  
Barba viros ornat, sed non facit arte peritos,  
Non est in densis ars præciosa pilis.  
In puteum sitiens vulpes descendit et hircus,  
Illa caret barba, quam tamen alter habet.  
Sed redit hinc vulpes, hircumq; relinquit in imo,  
Præualet ars, hircum nil sua barba iuuat.  
Hæc non dixissem, nisi commemoranda fuissent  
Quorundam causa, quos ego: Musa tace.  
At tu Sponsa tuum non aspernabere Sponsum,  
Sit licet imberbis, sit tua flamma tamen.  
Carior est auro iuuenis florentibus annis,  
Leuia cui fulgent ora, Tibullus ait:  
Cuius in amplexum quoties vult ire puella,  
Non lædit teneras aspera barba genas.  
Ipse ego cum nostræ peterem connubia Sponsæ,  
Tunc imberbis eram, profueratq; mihi.  
Ambierant illam plures hinc inde puellam,  
Stemmata pollentes diuitiisq; viri:  
Sed quia barbati fuerant, retulere repulsam,  
Vsq; ad eò barbam virgo perosa fuit.  
Nunc tamen illa mihi creuit crescentibus annis,  
Sed nihil amplexus iam timet Anna meos.  
Omnia fert ætas, nihil assuetudine maius,  
Nostra quod exemplo comprobat Anna suo.  
Quæ licet imberbi nupsit, tamen ipsa deinceps  
Vxor barbati cogitur esse viri.

Quod



Quod si non vellet (sed sum carissimus illi)  
Et nobis aliquid, quod quereremur, erat.  
Qualis enim fuerat, non est: quia fœmina nunc est,  
At quo ducebam tempore, virgo fuit,  
Quapropter carus tibi sit tuus Vrsula sponsus,  
Et iuuenem virgo semper amare velis.  
Tu redamabis eam gremioq; fouebis Adame,  
Nam gratum sponsæ te decet esse tuæ.  
Scis quòd et hanc alij nuper petière puellam,  
Et quibus ingentes esse putantur opes:  
Te tamen elegit solum, tua maluit esse,  
Mentis opes alijs antetulitq; bonis.  
Vivite felices, annis et amoribus æqui,  
Vivite iucundos cum pietate dies.  
Et quia frigus adest, lateri latus, oribus ora;  
Pectora pectoribus conseruisse iuuet,  
Alter in alterius gremio amplexuq; caleseat,  
Sponsaq; sub sponsi pectore deliteat:  
Dum desæuit hyems teneris inimica puellis,  
Frigidaq; et viduo nox odiosa thoro.  
Cõpora corporibus coalescant atq; calecant,  
Ver quoad huc redeat, cunctaq; parturiant.  
Agricolæq; ferant multum sua semina fructum,  
Melsis et in sponsi viva virescat agro.  
Impleat hinc viuis sua brachia sponsa manipulis,  
Et pultem, locuples reddita messe, coquat.  
Hæc tibi Sponsa precor, rata quæ Deus omnia faxit, *omnia*  
Est iam Sponse tuum dicere munus. A M E N.

A iij

GEOR



GEORGIVS CLO  
SIVS HIRSBERGENSIS D. ADA  
mo Hoppio &c, Sponso & cognato suo S.

**H** Vnc tenuere pñ morem, hinc monet esse tenendum  
In multis Pauli pagina sacra locis:  
Alter vt alterius felicia quæq; precetur  
Auspicijs: etenim res ea grata Deo est.  
Obuia sunt exempla, quibus cessisse videmus  
Omne, quod optarunt pectore et ore pñ.  
*Sit* Sic castam Isaaco dum quæsiuere Rebeccam,  
Ad cœlos Abraham, plurima vota facit.  
Sic proficiscenti felix iter esse Tobia  
Cum lacrimis optant mater et ipse pater.  
Ergo tuis thalamis quod nos cognate precamur  
Fausta, sit in Domino prosper vt ille thorus:  
Id pietas iubet, id sanctorum exempla virorum,  
Id vis cognati sanguinis ipsa monet.  
Ille igitur, primus sacra qui connubia sanxit,  
Iuraq; coniugij non temeranda dedit:  
Faxit, vt et vestrae mentes, iungantur amore,  
Nulla dies temerè quem violare queat.  
Tempora felices placidæ consumite vitæ,  
Et repleant vestram pignora multa domum.  
Relligionis opus cœptum pie perfice sponse,  
Prima ministerij sit tibi cura sacri.  
Sic vos haud Domini benedictio deseret alma:  
Finis coniugij est optimus ille. Vale.

DOCTO



# DOCTO VIRO

D. IOACHIMO PRAETORI,

Collegæ suo, Sponso : Et Sponsæ eius pudicissimæ Rosinæ Dæneuiciæ,

IOHANNES CLAVS HERTZ-  
bergensis S. D.

**Q**uid tibi sponse precor Cantor Ioachime, quid  
Opto precorq; tuo prospera cuncta thoro (opte  
Sit tua fructiferum formosa Rosina rosetum,  
Proferat & pulcras hoc aliquando rosas.  
Viuite concordēs, animis & corpore iuncti,  
Sit sine lite domus, non sine prole thorus.  
Sit tibi post numen clarum tua costula lumen,  
Hæc te delectet, cor recreetq; tuum.  
Constituenda tibi nunc est noua Musica cantor,  
Musica priuatim constituenda domi.  
Infima vox tua sit, summam tua sponsa sonabit,  
Qui cantent medias, hos Deus ipse dabit.  
Vocibus interea cantabitis ambo duabus,  
Facta sit in Veneris compositura tono.  
Vox sponsæ quandoq; tuæ depressa sit infra,  
Et tuus ascendens tendat ad alta Tenor.  
Tertia post aliquot tactus & quarta sequetur,  
Inq; triplo crescet cantus & in quadruplo.  
Viuite felices, & dulces edite cantus,  
Vestra sit harmonicis vox benè iuncta modis.  
Hæc vobis opto, quæ fata benigna secudent,  
Addite vos vestras ad mea vota preces.



DOCTO VIRO

D. IOACHIMO PRABTORI

Collegii sui, Sponto: Et Sponte  
Universitatis Holsatiae Barchinensis

IOHANNES CLAVVS HERTZ

Legatus S. D.

O Vobis quibus praeest Cantor loachim, quid  
 Opus profero, quod proferat ista hora, quod  
 Sit vobis liberum, et melis holsatiae roletum,  
 Proferat et pulchrum hoc aliquidde vobis,  
 Vultis concordet, animis et corpore iuris,  
 Sit factis domus, non sine prole thorus,  
 Sit vobis nomen clarum et collis iuris,  
 Hic est liber, corrector tuum,  
 Conferenda est nunc est honoris iura cantor,  
 Munda erunt, et iudicanda domi,  
 Iustus vox in iustitiam, et iustitia iudicis,  
 Quae vult iudicis, hoc huius iudicis,  
 Vultis iudicet candidis ambo iudicis,  
 Facta sit in vobis compolitur totus,  
 Vultis quae dunt hoc in deperit in iudicis,  
 Et vultis ascendens tendit ad alia Tenor,  
 Tertia post aliquid factus de parva sepe iudicis,  
 In ipso crederet carnis de in quadriplo,  
 Vultis felices, et dulces edere carnis,  
 Vultis sit harmonica vox pens iudicis modis,  
 Hic vobis opus, per hanc benigna seculi hanc,  
 Adhuc vos vultis ad mea vota preces.
















10

MIA DVO.

CAVSA

IVM, REVE.

TO VIRO DO.

PIO, ECCLESIAE

Et Pudicissimae

prudentissimi

beatae memo

m Reipublicae

sis

K f. 130

VM.

RAETORI,

STENENSI,

VS RO.

AIO LV.

OSTENI.

LXIX.

B.I.G.

Farbkarte #13

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

Inches  
Centimetres  
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20